Fragmentarium

[illegible] bone quid faciens uitam aeter[nam] [po]ssi[debo]

Dixit autem ei ihc · Quid me dicis bonum · nemo bonus ni[si]

[un]us d[eu]s · Mandata nosti · Non o[c]cide[s] non moecha[beris]

Non f[urtum] facies · Non f[a]lsum [tes]timonium dices

[Hono]ra patrem [tu]um et matrem · [Q]ui [ai]t · haec om[nia]

[cust]odi[ui] a iuuentute mea · Quo audito ihc ait ei · Ad[huc]

unum tibi deest · Omnia quecumque habes uende [et da]

pauperibus & habebis thesaurum in [cae]lo et ueni

[sequ]ere [me] · His ille auditis [contris]tat[us e]st quia di[ues]

ualde · Uidens autem illum ihc [tristem] factum di[xit]

Quam difficile qui pecunias h[abe]nt in regnum [dei]

intrabunt · Facilius est enim camelum per foramen ac[us]

transire quam diuitem intrare in regnum dei · E[t dixe]

runt [qui a]udiebant · Et quis potest saluus fieri · [Ait]

illis [qu]ae inpossibilia sunt apud homines po[ssibili]

a sunt apud dm · Ait autem petrus · ecce nos dimisim[us]

[omnia et sec]uti sumus te · Qui dixit eis · Amen dico uobis · N[emo]

est qui [reli]quid domum aut parentes aut fr[atres]

uxorem aut filio[s pr]opter regnum di & non recipiat [mul]

to plura in hoc tempore & in seculo uenturo uit[am]

aeternam · Adsumpsit autem ihc duodecim et ait illi[s]
discipulos suos

Ecce ascendimus hierosolimam & consummabuntur

omnia quae scripta sunt per prophetas de filio hom[inis]

Tradetur enim [g]entibus et inludetur & flage[lla]

bitur & co[nsp]uetur · Et postquam flagellauer[int]

occident eum & die tertia resurget · Et ipsi n[ihil]

horum intellexerunt · Et erat uerbum istud ab[scon]

ditum ab eis [et] non intellegebant quae dic[ebantur]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-196328-p0003-2
DFG

License: public_domain – Halle (Saale), Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt, 75 A 6308, Front pastedown – Vulgate, Gospel of Luke (https://fragmentarium.ms/view/page/F-byzb/9913/72267)